Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



precepti utrumq; simul posuit:
ut quietam inquit & tranquil
lam uitam agamus in omni
pietate. Nam quies & tranquil
litas pertinet ad pacem. pietas ad
diuini cultus religionem. Ita g
& ecclia deprecatur pacem fieri
diebus nostris. quod & post alii
nos. & post ipsos alii usq; ad con
summationem seli utrq; similiter
orabunt. Cur autem ipsam pacem
postulet sub iungit. Videlicet ut
ope idem auxilio & protectione di
uine misericordie adiuti. quan
tum ad interiorem religionis
deuotionem pertinet. simus semp
liberi a peccato. Quantum uero ad
exteriorem pacem. simus etiam
ab omni perturbatione securi. nam
pax in qua non diuine religionis
sed mundane cupiditati seruitur.
non est iustorum. sed iniquorum. De
qualibus psalmista ait. Quia zelauí
in peccatoribus pacem peccato
rum uidens. Sequitur quod
iusta & in omnibus orationibus
ecclesiasticis inclusione subiun
gi solet. Per dnm nrm ihm xpm
filium tuum. qui tecum uiuit et
regnat ds in unitate spe sci per
omnia secula seculorum. Qd utrq;
certa ratione ut sepe dictum est
catholica concelebrat eccla. Ipse
illud utrq; sacramentum. quod
mediator dei & hominum fact
est homo xpe ihe. sacerdos in et
num secundum ordinem melchi
sedech. Qui p proprium sanguine
semel introiuit in sca. non utiq;
manu facta. sed in ipsum celum.
ubi est in dextera di & interpellat
pro nobis. Per ipsum ergo hostiam
laudis atq; orationis offerimus.
qui per eius mortem reconciliati
sumus cum inimici essemus. Xpe
namq; in forma di permanens. uni
genitus ds. ceu cum patre hostias
offerimus. formam serui accipi
ens sacerdos factus est. per quem
hostiam uiuam. sanam. do placen
tem offerre possimus. nec tamen
hostia a nobis offerri potuisset. si
xpe per nos hostia non fuisset. Cum
uero dicimus filium tuum. et
adicimus qui tecum uiuit & reg
nat ds in unitate spe sci. illam
unitatem commemoramus. qua
naturaliter habet pater. & filius.
& spe scs. Ubi ostenditur quod
idem ipse dns xpe per nos sacerdo
talis est functus officio. cui natu
ralis est unitas cum patre & spu sco. cum